



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

29. An Episcopus vigore dicti decreti possit absolvere ab  
excommunicatione contracta ob delictum occultum duelli contra Bullam  
Clementis VIII. Ex part. 7. tract. 2. reso. 21.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

generaliter, non distinguendo inter reservationes presentias, & futuras; ergo generaliter est intelligendum, leg. pretio, ff. de publ. in rem. act. & cap. solus, §. in. de maior. & obed. Tum quia facultas absolvendi, quae datur in libelis extenditur ad peccata futura. Tum quia Concilium in dicto Decreto ponit regulam generalem circa reservationes Pontificias, ut nimirum intelligantur de criminibus publicis, non vero de occultis cum limitatione in eodem decreto posita. Tum demum, quia tam in reservationibus, quam in referendis, est eadem ratio absolutio- nis, si sunt occulta, ac proinde debet in utrisque esse eadem legis dispositio; cur enim minor erit Episcopo- rum auctoritas in novis reservationibus, quam in antiquis? Ad declarationem vero S. Pontificis respon- detur de illa non constare authenticè; vel debere intelligi, quando nova Constitutio in reservatione apponeret Clausulam sufficientem exprimentem de- rogationem dicti Decreti Concilij Tridentini. Hinc quaeritur.

RESOL. XXVIII.

An si quis ex aliquo iusto impedimento non possit Romanam personaliter adire pro absolutione a Summo Pontifice obvianda, teneatur per epistolam recurrere ad Penitentiarium, vel possit ab Episcopo absolvi.

Et an si impedimentum non sit futurum perpetuum, Episcopus debeat absolvi ad reincidentiam? Et in textu huius Resolutionis explanantur causae, pro quibus impeditur adire Pontificem possit absolvi ab Episcopo a censuris, suspensionibus, &c. Ex p. 7. tit. 10. & Misc. 1. Ref. 23.

§. 1. Tenet recurrere ad sacram Penitentiarium doct nonnulli Pater Thesaurus in praxi de penis p. 1. c. 24. §. Respondeo tertio, verb. Amplia tertio, sed citat Barboiam & Bonacinam.

Ego vero negatiue sententiae adhaereo quam ex Henrquez tuetur Auila de cens. part. 2. cap. 7. dis- parat. 1. dub. 6. asserens, quod qui impeditus est ire personaliter Romam, non tenetur mittere Procuratorem pro absolutione, nec Epistolam. Et idem ap- ponunt etiam hic verba Ludouici Caspentis in Cur- su Theologico tom. 2. tract. 25. disp. 2. sect. 12. n. 134. sic asserens. Ab excommunicatione referuata po- test absolvi referuans, vel eius successor, vel su- perior, vel habens potestatem delegatam, vel priui- legia; Episcopus vero ex Tridentino potest absolvi- re ad excommunicationem referuata Papae, quando delictum est occultum, imò quando est publica excommunicatio, & excommunicatus est impedi- tus, ita ut non possit recurrere ad Papam, ex cap. De cetero de sentent. excommunic. & ita tenet Nauarr. cap. 17. n. 9. Haec autem impedimenta sunt. Primò periculum mortis in itinere. Secundò infirmitas lon- ga, etiam si periculosa non sit, ex cap. De his, & cap. Quomodo. Tertio paupertas, nemo enim tenetur mendicare, vt ad Curiam vadat pro absolutione, nisi alius mendicus esset, tunc enim ire tenetur, nisi forte paupertatem reducat obligatio alendi vxorem, fi- lios ac familiam proprio labore. Quarto, aetas siue famulus, siue puerilis, siue in puberibus. Quintò, sexus fragilitas, vt scemina cuiuscumque conditionis. Sex- to, qui sui iuris non est, sed alteri adstrictus, vt fi- lius familiaris, & seruus qui Papam adire non possunt, siue praedictio parentis, vel domini. Septimò, cur- ram animarum, vel temporale dominium habentes quando timetur quod per absentiam oues, aut vasalli

Tom. III.

detrimentum patiantur. Octauò, debilitas in viris delicatis qui labores itineris sustinere non valent, si- ue etiam debilitas in membris, vt caecus, & claudus; siue quodlibet aliud impedimentum, quod arbitrio prudentis legitimum iudicetur. Et haec omnia con- stant ex variis iuribus in quibus sic decernitur. Adde contra Nauarrum num. 89. quòd si excommunicatus impeditus est ex supradictis causis adire Papam, non tenetur adire Legatum, vel alium habentem priui- legium Papae ad absolvendum, sed satis esse non pos- se adire Papam, vt ab Episcopo absolui possit, quia nullibi amplius requiritur vt possit Episcopus ab- soluere: nisi quòd non possit Pontifex adiri. Huc vs- que Caspentis.

3. Nota tamen hanc doctrinam procedere in alijs Censuris, videlicet suspensionis, & Interdicti: Et si impedimentum non sit futurum perpetuum, Episco- pus debet absolvi ad reincidentiam, id est cum cautione iuratoria, vt cum primùm potuerit compar- eat coram Sum. Pontifice, mandatum Apostolicum recepturus, alias reincidat eo ipso; si autem impedi- mentum est perpetuum absolute & simpliciter ab- soluat.

RESOL. XXIX.

An Episcopus vigore dicti Decreti possit absolvi ab excommunicatione contracta ob delictum occultum duellis contra Bullam Clem. VIII. Ex p. 7. tract. 2. Ref. 21.

§. 1. Videtur negatiue respondendum ex clausu- la derogatoria Constitutionis Clem. VIII. quae est in vers. ipsas vero ciuitates, &c. ibi, etiam praetextu quarumuis facultatum, & in dultorum qui- bus personis, &c. Sed respondetur, quòd in clausula derogatoria nulla fit mentio de Conc. Trid. & ad re- uocandam dictam facultatem requiritur, vt specialis mentio fiat de illo, vt communiter docent DD. teste Couarr. in lib. 4. variarum resolutionum, cap. 16. num. 6. vers. Item Decretales Epist. in fin. Emanuel Roderic. in suis quaestionibus. Regular. tom. 1. q. 8. art. 10. & Sanchez de Matrim. tom. 3. lib. 8. disp. 35. n. 17. & ita obseruauit Sixtus V. in sua Bulla contra Clericos male promotos, & quotidie obseruant Pontifices in Bulla Cænae Domini.

2. Sed adhuc obstat videtur declaratio quaedam Congregationis Eminentissimorum Cardinalium ad interpretationem Concilij Trid. deputata, quam refert Steph. Quaranta in sum. Bullary verb. Confes. in fin. Cum enim Sixt. V. facultatem concessisset Patribus Congregationis Oratorij S. Mariae in Vallicella de Vrbe, vt qui ex ipsis prauo examine ad audiendas in ipsa Vrbe Confessiones à Vicario approbati fuerint, extra eandem Vrbe absque alio examine de licentia tamen Ordinatorum locorum Confessiones liberè audire valeant, in partibus praecipue Neapolis fuit in dubium reuocatum priuilegium praedictum sub praetextu, quòd non contineat praesens derogationem, neque mentionem faciat aliquam Conc. Trid. sess. 23. cap. 15. quo cauetur ne quis absque propriorum Diocesanorum examine audeat Confessiones audi- re, idèd praedicti Presbyteri Congregationis Orato- rij supplices desiderabant super hoc responsum, an fuerit necessaria derogatio sacri Concilij Tridentini.

3. Censuit Sacra Congregatio, si huiusmodi pri- uilegium fuerit, vt proponitur à Sede Apostolica concessum, vtique omnino esse obseruandum, quan- uis nullam derogationem, aut mentionem Conc. Trid. contineat. Haec ille. Ecce quomodo nulla Dd mentio

Sup. hoc pro Legato in to. 1. tract. 5. Ref. 16. §. Seculsa, per totum, & lege etia Ref. nor. 1. dicti §. Et pro pri- mo conten- to in hoc §. vit. ibidem, §. verum; & segg. & pro cautione iu- ratoria in tom. 5. tr. 1. Ref. 204. §. 1. post me- dium, vers. quod omnia, & in alijs §§. eius an- not.

Sup. hoc in to. 7. tr. 1. ex doctrina Ref. 264. in fine vers. sed quiddid, & in alia Ref. eius prima not. & in to. 4. tr. 3. ex la- ta doctrina Ref. 407 & aliarum eius prima an- not. signan- ter in §. 7. Item posse, cursum ad medium.

PLANE  
Omnia  
O. III. IV. V  
E. III

Sup. hoc p. 2. in Ref. 23. §. 1. ego prope finem.

Sup. hoc in Ref. 60. §. 1. te medium in vers. Tenet denique, in tom. 1. s. Ref. 41. penult. & vit. & lib. 1. §. 1. Ref. 41. ter duo- vlt. in §. 1. Sed vide per totum.

### 314 Tract. III. De Potestate Episcoporum,

mentio fit facta Concilij Tridentini, & tamen dicitur esse reuocatum.

4. Sed responderetur, quod licet in dicto privilegio non adfit clausula specialis derogatoria dicti Concilij, sed tantum clausula generalis; tamen quando Pontifex dispensat in speciali, & certo casu contra Concilij Generalis prohibitionem, non requiritur specialis derogatio dicti Concilij, quia cum clausula generalis prædicta nequeat vera reddi nisi in solo casu contra Concilij prohibitionem, debet hæc generica derogatio reputari pro specifica, & expressa, alias nullius esset momenti. Ita docet Loaces de *Matrim. Regis Anglia, dub. 16. num. vn. & Iason in l. 2. ff. de lib. & postum. vbi multo cumulat; quos refert, & sequitur Sanchez de Matrim. tomo 3. lib. 8. disp. 35. num. 10.* Et hac ratione forsan adducta Sacra Congregatio censuit prædictum Privilegium esse obseruandum: Unde nihil obstat contra ea, quæ in superiori Resol. docui.

5. Dicendum est igitur hodie Episcopos non obstanti Constitutione Cles. VIII. posse absolueri vigore Decreti Concilij Tridentini ab excommunicatione occulta Duelli. Et ita tenet Bonacina de *Cens. disp. 1. quæst. 3. punct. 1. n. 1. & Peregrinus tract. de Duello, quæst. 33. num. 1. quidquid in contrarium asserat Marchinus de Sacramento Ordinis, tractat. 1. part. 9. cap. 3. num. 8.*

#### RESOL. XXX.

An Episcopus vigore huius Decreti possit absolueri à censura occulta contracta ex Bulla Pij V. & Greg. XIIII. ob ingressum Monasterij Monialium?

Et an Episcopus vigore Concilij possit absolueri à suspensione, quam incurrit Religiosi admittentes feminas intra claustra, si sit occulta, quod idem dicendum est de Prælati Regularium?

Et an fas sit Episcopis, vel Prælati Regulari absolueri Monialem sibi subditam, quæ è suo Monasterio ad malum finem egressa est, dummodo delictum sit occultum? Ex part. 7. tract. 2. Resol. 22.

§. 1. **N**egatiuam sententiam nominatim contra me docet Barbosa de *Potest. Episcop. p. 2. alleg. 39. n. 45.* cui adde Chapeauillam de *cas. referu. c. 41. q. 3. diff. 2. Zecchium de cas. referu. c. 10. n. 1. Graffum in Praxi lib. 1. cap. 5. num. 7. Gauantum in Manual. Episc. ver. Absolutio, num. 15. Alzedum in praxi Episc. parte 2. cap. 6. num. 21. & 22. & alij; quia asserunt sic declarasse Sacram Cardinalium Congregationem; & quia reseruatio dictæ censuræ emanauit post Concilium Tridentinum.*

2. Sed si de tali Declaratione constaret authenticè, ego illi omnino adhererem, dum tamen non constaret, puto contra Barbosam sententiam quam ego olim docui esse satis probabilem, & illam præter Bonacinam, & Beiam tenet nouissimè Bossius de *Lubileo scilicet. cas. 10. §. 5. n. 154. & Mazuchellus tract. de cas. referu. diff. 2. cap. 2. diff. 1. num. 24. & alij penes ipsum, quia in Bullis Pij V. & Gregorij XIII. non reuocatur facultas de qua loquimur, concessa Episcopis in Concilio Tridentino, & ita ait Bossius in Praxi obseruatur ab Episcopis absoluentibus quando ingressus in Monasteria Monialium est occultus.*

3. Nota etiam hic obiter cum Sanchez in *sum. tomo 2. lib. 6. cap. 17. num. 41.* posse Episcopos vigore Concilij absolueri à suspensione, quam incurrit Religiosi admittentes feminas intra claustra si sit occulta, quod idem dicendum est, de Prælati Regularium. Et ratio est, quia Episcopi, & Prælati

Sup. hoc in Ref. seq. & in tom. 4. tr. 3. ex lata doctrina Ref. 40. & aliarum eius primæ not. signanter in eius §. Ex his inferitur, cursum ad medium, & in tom. 7. tr. 1. Ref. 246. §. vlt. ad medium.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 1. Ref. 246. §. vlt. ad medium.

regulares virtute Tridentini d. *sess. 24. cap. 6.* habent facultatem absoluedi à quibuscumque occultis, suspensionibus, & irregularitatibus occultis: sed hanc facultatem nullum ius nouum, vel abstulit, vel moderauit, aut limitauit: ergo pari modo fas erit Episcopo, vel Prælato regulari absolueri Monialem sibi subditam, quæ è suo Monasterio ad malum finem egressa fuit, dummodo delictum sit occultum: tum quia Monialis est priuilegiata, quæ nequit Papam adire, vt absoluat, exemplo femine Clericum percutientis: tum, quia Episcopi, & Prælati regulares virtute Tridentini, vt sæpe dictum est, generalem habent facultatem absoluedi à quibuscumque casibus occultis Sedi Apostolicæ reseruat.

#### RESOL. XXXI.

An ingredientes septa Monasterij Monialium, & cum sacra Virgine incestum committentes, si casus sit occultus, possint ab Episcopo absolutionem excommunicationis obtinere?

Et an possint supradictam absolutionem obtinere à quocumque Confessario vigore Bullæ Cruciatæ? Ex parte 2. tractatu 16. & Misc. 2. Resol. 33. aliàs 35.

§. 1. **N**egatiuè respondent Chapeauilla *tract. de cas. refer. c. 14. q. 3. diff. 2. Iacob. de Graffis in praxi. lib. 1. c. 57. n. 17. Zecchius de cas. refer. c. 10. n. 1. Aloyhus Riccius in praxi tom. 1. resol. 544. n. 5.* cum aliis. Et ita asserunt respondisse Sacram Cardinalium Congregationem. Et ratio est, quia reseruatio huius excommunicationis fuit publicata, & facta post editum Concilij Trident.

2. Sed contrariam sententiam in terminis nostre Bullæ docet Homobonus de Bonis in *exam. Eccl. part. 1. tract. 7. c. 17. quæst. 26. & in tract. de statibus part. 1. cap. 22. Zerola in praxi Episc. part. 1. ver. Moniales, quæst. 8. Sanchez in sum. tomo 2. lib. 6. c. 15. n. 76. vide etiam P. Peregrinum tract. de duello, quæst. 37. num. 3. & Suarez in 3. disp. 30. scilicet. 2. n. 12. & 13. & alios. Et ratio est, quia cum in reseruatione huius excommunicationis non efficiatur mentio de Concilio Tridentino, non censetur illi derogatum, ex communi Doctorum sententia, quia decreta alicuius Concilij generalis, ita matura deliberatione sancita sunt, vt videantur continere vim clausulæ derogatoria: ad alia decreta posteriora contraria, nisi de illis specificam faciant mentionem, vt docet Henriquez *lib. 7. cap. 26. num. 3. Vinaldus in Candel. part. 3. c. 12. num. 22. vide etiam Menoch. vol. 3. conf. 294. num. 11. & 12. Guttierrez in lib. nemo potest. de legat. 1. n. 173. Cauale. part. 1. decal. 29. num. 16. Couar. l. 4. var. c. 16. Partium lib. 2. conf. 2. n. 30. & alios.**

3. Dicendum est igitur, Episcopum vigore Concilij Tridentini *sess. 25. cap. 6.* posse absolueri ab excommunicatione dummodo sit occulta, contracta ex ingressu ad Monasteria Monialium contra prohibitionem Gregorij XIII. quod etiam potest facere Confessarius vigore Bullæ Cruciatæ.

#### RESOL. XXXII.

Quidam hereticus externus, sed occultus impetratur in foro conscientie absolutionem ab heresi Romæ à quodam Penitentiario Summi Pontificis, modo vult sacros Ordines suscipere; queritur primò, an propter illam heresim incurrit irregularitatem?

Sup. hoc in Ref. præced. & in tom. 4. tr. 3. ex lata doctrina Ref. 40. & aliarum eius primæ not. signanter in eius §. Ex his inferitur, cursum ad medium, & in tom. 7. tr. 1. Ref. 246. §. vlt. ad medium.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 3. ex lata doctrina Ref. 40. & aliarum eius primæ not. signanter in eius §. Ex his inferitur, cursum ad medium, & in tom. 7. tr. 1. Ref. 246. §. vlt. ad medium.

Secun